

Bourges B 1 (lat)

Hic,¹ rogo, paxillum^a veniens subsiste viator
Et mea scrutare pectore dicta tuo,
Ut tua deque meis agnoscas^b fata figuris:
Vertitur^c o speties^d ut mea, sicque tua.
Quod nunc es fueram, famosus in orbe, viator,
Et quod nunc ego sum, tuque futurus eris.
Delicias mundi cas[s]o^e sectabar^f amore,
Nunc cinis et pulvis, vermibus adque^g cibus.
Quapropter potius animam curare memento,
Quam carne^h quoniam hecⁱ manet, **illa** perit.
Cur tibi rura paras? Quam parvo cernis in antro
Me tenet hic requies: sic tua parva fiat^j
Cur Tirio^k corpus inhias vestiri^l ostro,
Quod mox esuriens pulvere vermibus edet?
Ut flores pereunt^m vento veniente minaci,
Sic tua namque caro, gloria tota perit.
Tu mihi redde vicem, lector, rogo carminis huius
Et dic: „Da veniam, Christe, tuo famulo“.
Obsecro nulla manus violet pia iura sepulcri,
Personet angelica donec ab archeⁿ tuba:
„Qui iaces in tumulo, terre^o de pulvere surge,
Magnus^p adest iudex milibus innumeris“.
Ille^q nomen erat^r sophyam^s mihi semper amanti^t
Pro quo funde praeces^u mente, legens titulum.
Hic requiescit beatæ memoriae^v dominus **ille**^w |² qui obiit in pace^x Quando legeritis, o
vos omnes, orate pro eum^y et dicite³ *Requiem aeternam donet ei Dominus*“. Amen.

^apaxillum] paxillum Düm

^bagnoscas] für agnoscat P₁₃; agnoscas Düm

^cVertitur] für vestitus P₁₃; vertitur Düm

^dspeties] species Düm

^ecasso] für caso P₁₃; casso Düm

^fsectabar] für sectabas P₁₃; sectabar Düm

^gadque] atque Düm

^hcarne] carnem Düm

ⁱhec] haec Düm

^jfiat] fiet Düm

^kTirio] tyrio Düm
^lvestiriar] vestirier Düm
^mpereunt] *verbessert aus* pereant P_{13} ; pereunt Düm
ⁿarce] arce Düm
^oterre] terrae Düm
^pMagnus] M i agnus (?) P_{13} , *bei Düm nicht verzeichnet*; magnus Düm
^qille] iII P_{13} ; Alchuine Düm
^rerat] *für* erae P_{13} ; erat Düm
^ssophyam] sophiam Düm
^tamanti] *verbessert aus* amante P_{13} ; amanti Düm
^upraeces] preces Düm
^vmemoriae] *Rasur nach* memoriae vor domnus P_{13}
^wille] iII P_{13} ; Alchuinus abba Düm
^xpace] *an Stelle einer Datierung Spatium im Text nach* pace P_{13} ; xiv Kal. Iunias Düm
^yeum] eo Düm

¹[fol.55^v]
²[fol.56^r]
³Missa pro defunctis

